



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Candidatus Abbreuiatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

Pichler, Vitus

Augustae Vindel., 1733

Titulus XXV. De Officio Primicerii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63440)

De Officio Archipresb. & Primicerii. 195

quid hodie possit Archipresbyter, non ex Jure Communi, sed ex specialibus Ecclesiarum statutis, & consuetudinibus desumendum est. Archipresbyter seu Decanus distinguitur duplex. *c. 3. 4. h. t.* scilicet *Civitatis*, seu *Urbanus*, qui in Urbe Episcopali præsit reliquis Ecclesiæ suæ presbyteris: & *Ruralis* seu *Forensis*, qui extra Urbem Episcopalem in plebe exercet curam animarum, & simul sub se habet alios presbyteros per certum districtum. De hoc

Dico. Officium Decani Ruralis indicatur. *c. 4. 2*
cit. vi ejus gerit curam presbyterorum sui districtus, tum ut illi rem Divinam ritè obeant & Sacramenta administrent, tum ut rixas, ebrietates, & alia scandala evitent. 2. Executioni mandat per se vel per alios decreta Episcopi. 3. Congregat Capitula. 4. Controversias inter Parochos & Clericos sibi commissos ortas disponit, at sine figurâ Judicii; nam negotia, quæ cognitionem & decisionem Judicialem requirunt, refert ad Episcopum vel Vicarium Generalem. Probabiliter tamen habet aliquam jurisdictionem, quasi *bassam*, sine jure gladii spiritualis. Pirhing *h. t. n. 11. 12.* non tamen propriè Dignitatem, ita ut possit esse Delegatus Sedis Apostolicæ, *gl. inc. fin. eod.*

TITULUS XXV.

De Officio Primicerii.

SUMMARIUM.

1. 2. *Quis sit Primicerius, & quod ejus officium.*

N 2

Præ

1 **P**rimicerius, quasi primus in cera, seu tabula cerata Ecclesiae scriptus, quod primum in Choro Psallentium, & in Schola Clericorum habuerit locum, hodie mutato nomine vocatur vel *Cantor*, aut *Præcentor*, vel *Scholasticus*, quamvis ferè munus docendi, vel præcinendi, non exerceat per se ipsum, & subinde Præbendam Canonicalem, quam Tridentinum conferri voluit docenti Clericos & adolescentes, obtineat. Eius officium insinuat in *can. 1. d. 25. c. un. h. t.* & Archipresbytero quoad hoc subest. *d. c. un. ac de Jure Dignitatem obtinet. c. 8. de const.*

2 Dico. Quale sit hodie Officium Primicerii, seu Scholastici aut Cantoris, discere rursus oportet ex peculiaribus statutis & consuetudinibus cujuslibet Ecclesiae.

TITULUS XXVI.

De Officio Sacristæ.

SUMMARIUM.

1. 2. *Quis sit Sacrista, & quod ejus officium.*

1 **S**acrista, à Sacrorum custodia dictus, quia ejus officii est sacra vasa, vestimenta, ornamenta, cimelia, imò & totum thesaurum custodire, atque ideo etiam *Thesaurarius*, vel *Cimeliarcha* appellatur.

2 Dico. Sacrista habet nudum officium, non dignitatem vel personatum aut præminentiam inter Canonicos, imò in nostris Ecclesiis hodie nul-